

## Sanguinis vomitus enormis lethalis.

## OBSERVAT.



Um Dn. M. Andreas **Herrenschmid** / Gymnasii Ulm. Metaphys. Professor, Naturæ sanguineo-melancholicā, quosdam balneantes, in Thermis Dalfingenibus, visitasset, & vini largiore haustu se exhilarans & vesperi tardiūs, Sole jam vergente in occasum, domum repetens, celeri gradu, ne clausis portis, urbe excluderetur, eō contendens, insigni aēris aēstu, vini copiose potu, & corporis validiore motu, massi sanguinea incalcentē, in sanguinis vomitum exundantem incidit, ad mortem usque perseverantem. *Ipsa vitā functo, cadavere resérato, interiora viscera ita depræhensa disposita. Epar in gibbosā parte passim scirrhis obfessum, coloris lividioris, repertum: vesicula fellea subiecta grandior solito & copioso humore bilioso, conferta apparuit: Lien sat magnus coloris sanguinei, sine ullā labe conspicuus. Illud autem unicè mihi erat admirationi, in totā vena cavā & arteriā magna, in lumbis recumbentibus, ne quicquam sanguinis repertum, in aliis etiam valis nihil, præter quasdam mucilaginest tantillo cruento imbutas, observatum.* Nī ego *avroratis*, vix mihi persuaderi passus fuīsem, id *duaror*, Naturam ad eam extremitatem redactam, ut totalem massam sanguineam, velut suum thesaurum, dimittat, cā penitus privatā ac disponitā. Et ita tam ex venoso, quam arterioso genere, sanguis evacuatus, ut nihil reliqui manserit, è venis crassior & nigror per intestina ac secessum, exitum quæsivit, ex arteriis autem rubicundior ac floridus ceu levior sursum contendens, ad ventriculi regionem delatus, per vas breve arteriosum vomitu redditus. Etsi vena coronaria in ventriculo non nihil turgidior visa, ut exin sanguinem regurgitasse, conjectura captanda: Cum autem non modo venosus, sed & arteriosus sanguis vomitu repletus, id rationi hāud cōsonum. Quin potius, cum quintuplo plures arteriae à splenico cæliaca ramo (prout Adr. Spigelius in suis Anatomicis tradit,) prodeunt, in primis gastrica & vas breve arteriosum, & ad ventriculum pertingentes, compreßantur, plausibilius videtur, exintantā sanguinis rubidi ac floridi copiam, in ægro illo promanasse. Haud absonum rem illustrare exemplo anatomico ex Valuerda de prompto, de cardinale Cibone, qui sanguinis per vomitum rejectione extinctus, cum Medici, aperto cadavere, causam effluxus inquirent, ventriculo compresso, conspicerunt Lienem turge-

ga Medicorum illi curando inserviret, tamen morbus erat tam contumax, ut nullis cederet præsidiis. Usus hydragogis variis.

R. Magist. Jal. 3j. mag. Gumm. Gamandr. 3B. lyr. cinna. 3ij. M.

R. Extr. Mech. al. 3j. cum vino, parca purgatio secuta. A nullo purgante major copia serosorum humorum exterminata.

R. R. Mech.al. 34. Rhab.el. 3ij. El. scam. gr. 4. crem. tart. 3B. f.p. cum hydromel. Vel

R. Mech. al. 34. El. scam. gr. 7. crem. tart. 3B. cum hydromel.

Pro asthmate ad mundif. & abstergendam materiam phlegmaticam, hoc præstans depræhensum, ingens copia per tuſſim rejecta.

R. Aq. asthmat. 34. aq. hyſſ. scab. a. 3j. ſac. cand. al. 3B. M.

R. Oxyinel. ſcyl. 3ij. ol. ſulph.ac. gut. vi. M.

Dec. Chin. & ſarf. paril. administratum, ſed absque levamine, indies magis abdomen intumefcente, ipſo etiam ſcroto in tantum tumorem levato, ut ad 20. lib. pondo aſtimetur, & in lecto cubare nequierit, quin in ſellā, formā hemicycli, die noctuque ſedere coactus, ſcroto vaſculo imposito, ſpongia magna vino calido imbuta & expreſſa, involuto.

Cum autem Dn æger ex fatali diſpoſitione ex hoc Mundi theatro demigrarit ad ſuperos, divina ſpeculatorus, optandum, ut à propinquis

licentia confeſſa, cadaver teſecandi & in abdomen inquirendi, qualiter viſcera eò loci contenta fuerint diſpoſita opera preciūm fuilſet vel hac potiſſimum de cauſā, cum per totius morbi decurſum, facies plena & color vividus conſpicuus ad rubedinem vergens, ut hominiſ ſani formam repræſentaret, pectus & brachia carnolā obſervata, ut exin indubia conjeſtura captanda, iſpum Epatis ηεργίαν haud vitioſum, quin facultas ſanguifica ſuo munere functa, eò magis, cum in ſupernis partibus nulla αἰσθοφία animadverfa, proin facultas nutriens inculpata arguenda, ſecus quam in aliis hydropicis, evenire ſoleat, in quibus vultus luridus appetet, & ſuperiora membra marceſcunt, abdomen & pedibus turgescentibus. Huic conjeſtandum, iſtam hydropin, qua ille ſublatus, non primariò ex laſā Epatis functione, à δυρεցολα frigidiore ſeu defectu caloris, vel ſcirrhosā iſpuiſ dispositione, concitatam, ut δύναμις αἰματοποιητική haud magnoperē debilitata, quin potius à ſcirrhis in meſenterio, paſcraete, omento (dum etiam de abdomenis duricie eſſet querela) hærentibus, & αὐαδον ſeu diſtributionem ſeri impedientibus, hydropem illum cauſatum, à ratione haud alienum. Etenim cum materia liquida ac potuſtanta (eam Hippocrates ἔχημα τῆς τροφῆς vehiculum alimenti vocare eſt ſolitus) ad chyli diſtribu-

stributionem inserviat, quæ ubi suo munere perfuncta, non amplius in venoso genere remanere debet, quin à venis emulgentibus attrahita, & ad Renes delata, per ureteres ad vestram amandata, eliminanda. Serositatis illius ~~aradotiv~~ intercipiunt scir-

rhi in abdomine contenti. Utrum mea conjectura congruat cum experientia, ipsa ~~avrovla~~, beneficio anatomiae, id manifestare potuisse, si aperto cadavere, interiora viscera rimanda, quomodo comparata. Sed invidia Fati id denegavit.

## OBSERVAT. II.

*Consummatus & desperatus Hydropicus asciticus restitutus.*

Cum Nicodemus Herrenschmid/ in Gymnasio Ulm. Philosophiae Studiosus, hydrope ascite consumato laborasset, siti ingenti insigni totius abdominis tumore, crurum amplitudine, scroto immenso ad capitis magnitudinem, ultra 4. septimanas in lecto supinus die nocturne recumbere coactus, ut ne minimum se commovete potuerit. Pro desperato ac conclamato habitus, nec ego magnam restitutionis spem conciperem, præsertim cum ipse in assumentis remedii valde refractarius, per totam meam jam supra 76. annorum ætatem, nullus mihi obtigit, qui abhorret ac respueret ea medicamenta, quæ vel pueri citra nauseam, imò cum voluptate assumerent. Cum si quid pharmaci hauriendum, in forma pil. expeteret, curavi hydragogas præparari.

R. Alo.epi. 3j.gr.15.G.Gamandr. pul. & cum vino malv. diff. & lœvi-

gati.gr. 45.diagr.eodem modo præp. 3b.G.ammon.gr.45.Tart.vitr.gr.15. cum syr.rof.sol.f.M. De qua 2. gr. 15. f. p. 7.

Aliquoties reiteratae, singulis vi- eibus copia serosorum humorum evacuata, sed ventris tumore, ne mi- nimum subsidente, exin de felici medelæ successu, eram valdè ambi- guus, ed magis cum Patiens Medi- corum dictis haud obsecundans. Exin me contuli ad externa præsidia: abdomen infra umbilicum bis in die cal. inungendum curavi.

R. Ung. de arthanita. 3vi. agrip. 3iij. M.

Pro scroto aquositatibus repleto ad eas resolvendas ac discutiendas, mirabilem effectum præstítit, catapl. ex cochleis contulís cum testis, asperso pul. stercoris capr. & sem. carui.

Exin quotidie copiā serosorum humorum promanare cœpit, qui jam

jam putruginem conceperant, id ex insigni fœtore innotuit, ea proluvies perleveravit per aliquot septimanias, dehinc tumor crurum & scroti majori ex parte resedit, sed ventris & abdominis intumescentia fixa ac stabilis permanit, id admirationem peperit, cum tanta faburra vitiosorum humorum per scrotum, emissa, abdomen pristino in statu permanisse. Tandem vix magno labore ægro persuadere licuit, ut assumeret seq. pul.

R. Magist. G. Gamandr. gr. 7. Tart. vitt. 3j. f. p. cum ovo forbili exh.

Exin tam optatus successus, ut per os ac vomitum ultra mensuram

aquositatum ejœcta, insimul per secessum consimili materiæ copia excreta, ut & totus venter detumesca redierit ad naturalem statum, & revocatus sit ille, qui jam in orci fauibus hæcere existimatus, in vi-

tam.

Pro potu usus:  
Vino Juniperio, dec. sem. anisi, fænic. carvi. a. cochl. parvum, R. petros. 3. pro 3. Mens. aq.

Ultra annum soſpes permanit, sed postea ex inordinata dietâ, præfertim copioso cerevisiæ naustu, denuò recidivam passus, omnia medicamenta aliis suavissima aversatus, vitam cum morte commutare est coactus.

### *Ad Dn. D. Heldium Collegam.*

Mihi in votis, ut Patiens noster inobediens salutari nostro confilio, & animo ad opitulandum benevolo, obsecundasset, fortassis ex imbre siccitatem facere, & divinâ aspirante gratiâ, ab aquâ intercute imminem reddere, prout ante sésqui annum contigit, licuisset. Recidit mihi in memoriam historiam (author Philostratus de vita Apollonii) de quodam adolescenti Assyrio, quidebetiis assuetus & Ebrietate gaudens, ex asfotia, hydropisin contraxit, in templo Aesculapii medelam petens, ab eo neglectus fuit: id agreberens, graviter in illum est inventus, ob de-

negatam operam: Exin ipsum affatus per insomnium, ut accederet Apollonium, spondens salutem. Exin dicto audiens convenit Apollonium & Dei mandatum exposuit, qui sanitatem quidem promittat, sed non præstet, querens num quidpiam adjumenti ab ipsis sapientiâ sacerdandum, id dedit responsi: quod Aesculapius sanitatem volentibus tribuere sit solitus, ipse autem sanari nolit, quia ea faciat, quæ morbo augendo inserviant, delitiis enim disfluat, ab domini indulgeat, & pœnè corruptis intestinis & aquâ redundantib⁹, cibos quasi lutum superinfundat.

Ey

Ex ista conversatione adolescens ille collegit, suam intemperantiam in culpā, quō minus restitui queat: deinceps continentior factus, & preceptis obsequium præstans, desperatim recuperavit valetudinem.

An non hydropicus noster illi adolescenti comparati potest, quoad intemperantiam non autem quoad obedientiam, cum nec in vietū ra-

tione, nec in medicamentorum assumptione, imperata faciat, sed suo Genio indulget. Quid igitur miri, si nulla restitutionis ipes concipienta, quin in cymbam charontis præcipitatus, brevi ad orcum devehendus. Condolco ob animum tam obstinatum. Sed fortassis instat fatalis emigrandi terminus, ut nulla salutaria monita, locum inveniant.

## OBSERVAT. III.

**N**Otabile exemplum restituti hydropici ascitici in lib. I. mearum observat: de febre Quartanā reperiendam.

## OBSERVAT. IV.

*De Fæmina Ascitica singulari fælicitate curata.*

**U**XOR cujusdam Theologi Ulm. in summo templo, ascitica, immenso abdominis tumore, quasi gravida jam partui vicina, abhorrentia medicamentis, aliis frustaneis, præscripsi.

R. G. Gamandr. cum ol. vitr. præpar. gr. x. man. Chr. cum ol. cinnam. 9f. f. p. exh. cum jusc. pisorum cal.

Exin cum stupore venter detumuit, cum à meridie ægram visitafsem, antequam ad limen hypocausti pervenissēm, ancilla occurrens hilari vultu, mihi læta nova denuncians dixit: Dn. D. meam Heram intra di-

midium diem, sanavit: & ipsa post Hera, januā hypocausti aperta, mihi obviam facta, vultu sereno me excepit: Cum ipsam intuitus, & ego eram quasi attonitus, tām ingentein ventris molem, tām brevi dispa-ruisse.

Aq. cordialis ob suavitatem laudata: R. Aq. bor. bug. meliss. lil. convall. capon. l. a. 3j. cera. 3z. cinnam. 3vi. coral. rub. præp. 3j. marg. præp. 3f. bezo. ori. gr. 4. man. Chr. perl. 3vi. fol. auri fini. j. M.

Aq. odorif. R. Aq. cinnam. rof. a. 3f. odorif. 3f. vita Fuchs. 3j. M.

## OBSERVAT. V.

*Ab anosarca unico pul. liberatus.*

Quidam

**Q**uidam Juvenis coelebs, cache-  
cticus, cum totius faciei, ventris  
& pedum sat magna intumescentia,  
cui ordinatum.

**R**. Rhab. El. **D**ij. R. Jal. **D**iiib. diagr.

præp. gr. 3. crem. tart. **D**ß. f. p. cum  
hydromel. exhib.

**E**xin copiosum alui profluvium  
subsecutum, ut non parum debilita-  
tus, sed à morbo liberatus & brevi  
post ~~ter~~ evasit.

## OBSERVAT. VI.

*Fæmina ab Asciticâ dispositione curata.*

**C**Um Uxor Dn. Danielis Marii,  
Præfæcti ædilitii Ulm. inappe-  
tentia, oris amaritie, siti ingenti,  
cum totius abdominis & pedum  
magnâ intumescentiâ molestata, ut  
hydropis rudimenta indubia, obvia.

Primò **R**. Rhab. el. **R**. Jalap. a. **D**ij.  
diagr. præp. gr. 3. crem. tart. **D**ß. f. p.  
cum hydromel.

Sat copiosa operatio secuta.

Pro residuo eliminando :

**R**. R. Enul. cich. fænic. an. **Z**ij.  
herb. hyss. abs. card. b. meliss. adiant.  
utr. a. p. j. fol. sen. f. f. **3**x. Rhab. El.  
**Z**ij. Agar. tro. Jalapæ. a. **Z**iiib. crem.  
tart. **Z**ib. sem. anis. **Z**j. gal. **D**j. f. fac.  
pro Mens. hydrom.

Interius ad corrobor. ventricu-

lum & bilem frenâdam Elix. Propri.  
Parac. gut. 5.6. cum 2. coch. jus. cal.  
per aliquot matutinas.

Tandem : **R**. M. p. affaier. **D**ij.  
Hier. f. Gal. **D**j. Extr. Panchymag.  
Croll. **D**ß. cum aq. abs. f. p. 27.

**E**xin ~~integumentorum~~ secuta, per ali-  
quot dies durans, non tam ipsius  
pharmaci violentia, quam vitiofo-  
rum humorum redundantia, qui  
non raro levi stimulo concitat pro-  
ruunt, & ita omni periculo subtra-  
cta, vindicata in pristinum sanitatis  
statum. Cum vini usus adversus, nec  
alterius rei, decoctum ferret, suasi p.  
2. lig. fassafr. bull. levi ter in aq. Mens.  
1. Erat proficuum & acceptum.

## OBSERVAT. VII.

**V**irgo plebeia Isnensis tumore  
ventris magno lumborum &  
crurum mole accidente, à summo  
ad imum pertingente, ut hydropis  
luculenta vestigia conspicua, pro se-  
rosis humoribus evacuandis.

**R**. Rhab. El. **R**. Jal. a. **D**ij. diagr.

præp. gr. 3. crem. tart. **D**ß. f. p. exh.  
cum hydromel.

Complures secessus provocati,  
exin tumores resoluti. Pro reliquiis  
discutiendis.

**R**. Rob. ebuli. **Z**ij. Mithrid. el. **D**j.  
aq. card. b. **Z**2. flor. lamb. **Z**j. M.

In lecto sudet & intumescentia  
resoluta.

Cum interdum pedes denuò in-  
tumescerent:

R. Enul. fænic. cal. aromat. an.  
3ij. herb. abs. rom. card. b. hyss. citrar.  
anth. a. p. j. fol. sen. l. f. 3j. agar. tro.  
3ij. Rhab. R. Jal. a. 3ij. crem. tart. 3j.

pass. 3j. sem. anis. 3j. gal. 3ij. f. fac. pro.  
Mens. vini diebus alternis quart. 3.

Pro potu:

R. Raf. lig. sassafr. 3j. sem. anis.  
fænic. a. 3j. M. De quo 2. p. 3. leni-  
ter bull. in Mens. i. 3. aq.

Feliciter restituta.

### OBSERVAT. VIII.

**V**Idua Dn. M. Andreae **Herren**  
**schmid** Profess. Ulm. inflatio-  
ne totius abdominis ingenti cum  
magnō pedum intumescentia labo-  
ranti, ut hydrops præ foribus stare vi-  
deretur, à ducatur frigidā viscērum

concoctioni destinatorum.

R. Rhab. El. Mechior. al. an. 3ij.  
crem. tart. 3j. f. p. cum vino.

Sed nihil magis contulit quam ol.  
stil. carvi gut. v. vi. cum iusc. Gall.  
cal. vel vino.

### OBSERVAT. I.

#### De Icteritiâ nigrâ fædissimâ, tandem in hydropem ascitem, terminatâ,

**U**idam Civis Ulm. honestæ conditionis, 50. annorum habitu corporis melancholico præditus, Icteritiâ nigra in roto obſessus, cum ardore in ventriculo molesto & oris amarore infesto, humore bilioso, per aera pulv. eò translato, ob pravam Epatis constitutionem generato. Ad totum corpus à spureicie cholerico-melancholica depurandum, primo ordinatum vinum laxat.

R. cichor. Enul. Garyo. an. 3ij.  
herb. abs. rom. hyss. card. ben. cent.  
min. adianti utr. a. p. j. fol. sen. l. f. 3x.

agar. rec. tro. Rhab. El. a. 3ij. R. Ja-  
lap. 3ij. crem. Tart. 3j. Jujub. sebest.  
a. 3j. gal. min. 3j. cum sind. al. f. fac.  
infund. in vini quart. 3. aq. cich. card.  
b. an. 1b. 3.

Sing. matutina quart. 3. haufit,  
eo absoluto & cum fructu usurpato,  
cum restaret ardor in ventriculo,  
urinâ valde croceonigrâ & crassa  
permanente, cum totius cutis auri-  
ginosâ ad nigrorem etiam vergen-  
tis, infectione. Ad malum penitus  
extirpandum.

R. Gum. Gamandr. gr. 9. cons. rof.  
3i. 3. ol. still. mac. gut. i. M. E. B.